Lata sentētia diffinitiuā. si ab ea non ap pellat pars cōtra quā est lata infra decē di/ es. trāsit in rē iudicatā. vt in. c. q̄ ad p̄sulcati onem. de re iudi. Et idē de interlocutorijs quo ad p̄tē. vt in. c. cū dilect⁹. in fi. de elec. et etiā tactū est supra Cū aduertendū q̄ ali ter appellat ab interlocutoria. z aliā diffini tiuā. Qñ appellatio interponit ab interlocu toria vel alio grauamine. oportet q̄ i scriptis fiet. z cū expressione cause iniuste seu iniq̄ta tis interlocutorie vel grauaminis Ista duo substātificē requirūtur etiā si causa sit noto ria. De quo p̄ Jo. an. in. c. cordi. de appel. li. vj. in nouella. nisi quādo in maioribz z in re seruatis interponit appellatio. de quo in. ca. vt debitus. in fi. co. ti. Et. xij. que requirunt seu debēt recurrere i appellatō ante sniam ad ipsam appellatiōem validādam colligū/ tur z enumerātur in. c. dilecto. de appell. ibi p̄ Ostiē. super verbo firmato. Et p̄mū est q̄ causa in appellatione expressa sit vā. Se cūdum q̄ exceptio opponatur. Tertiū q̄ co ram iudice p̄ponatur. nisi excuset iusta cau sa. Quartū q̄ appelletur. Quintuz q̄ coram iudice. nisi ex causa. Sextū q̄ exceptio non admittatur. s. q̄ expectet repulsa exceptione Septimū q̄ propter iniustā repulsiōē ap pelletur. Octauū q̄ exceptio opposita sit le/ gitima. Nonū q̄ grauamē illatū sit vt com minatū. Decimū q̄ in scriptis fiat appellatō vt supra. Undecimū q̄ petatur apostoli in fra. xxx. dies. Duodecimū q̄ si petierit appel latus veniat appellās instructus iuxta casū. ca. cordi. de appel. li. vj. Tredecimū q̄ appel latio interponatur infra decē dies. de h̄ eti/ am in. c. cordi. de appel. li. vj. z i spe. p̄tē. ij. co. ti. §. qualis. §. in sum. no. z hoc i appellatiōe iudiciali. s. in extraiudiciali ista oīa nō req̄ runt. quia ibi nō exigitur veritas cause. sed sufficit ipsi⁹ veri similitudo. Item nō requi ritur ibi grauaminis illatio seu cōminatio.

Forma appellationum

sed sufficit q̄ timeatur inferri in futurū. De istis et alijs differētijs scz i q̄bus differūt appellatio iudicialis et extraiudicialis. v̄l etiā in quibz p̄ueniūt. solet norari in. c. bone. de appel. vbi noratur duodecim differētie et tres p̄ueniētie. Quādo autē appellat a diffinitiva tūc lata sentētia iste cōtra quē fertur si vult potest appellare verbo apud acta dummodo hoc faciat in p̄tinenti iudice adhuc p̄ tribunali sedēte. añq̄ se diuertat ad alios act̄ vt in. l. litigatoribz. l. eo. tit. Canonisata. ij. q. vi. c. si. ff. litigatoribz. no. de appel. c. j. li. vi. in fi. Sed si ex interuallo. videlicet dum iudex diuertat se. scz post latā sniam ad prandium vel alios extraneos act̄ velit appellare. tūc necesse est etiā appellare in scriptis. sic ab interlocutoria. vt in. l. ij. ff. eo. ti. et. l. eo. ti. l. eos. §. sin aut. Et ista est vera opinio seu exceptio. licet q̄dam exponūt ilico. qd̄ ponitur in. l. p̄dicta. i. eadez die. vt no. in dicto. c. cordi. Itē a diffinitiva appellat sine exp̄sione cause. vt ibi. et in iuribz pri. alle. Cū sufficiat appellari dicere. appello a tali snia diffinitiva tanq̄ iniqua et iniusta. de quo etiā in spec. de appel. §. qualiter. in p̄n. Et tamē diffiniēdo appellationē dicit q̄ appellatio ē sentētie vel grauaminis relaxatio p̄ p̄clamatōnem a minori ad maiorē iudicē facta p̄textu iniqui iudicis grauaminis vel iniuste sentētie. Joh. teu. ponit vnā diffinitioem. ij. q. vii. in sū. Disti. p̄les ponit i sum. e. ti. §. j.

Potest ergo sic formari appellatio a snia mine vel interlocutoria snia iudicis

Corā vobis dño iudice tali puta ordinario vel delegato. et tenotario publico ac testibz hic p̄ntibz. Ego talis p̄ncipalis vel talis eius p̄curator nomine p̄curatorio talis actoris vel rei p̄pono animo appellandi. Et dico q̄ licet in causa que inter talē actorē ex vna. et p̄dictū A. reū de et sup re v̄l debito tali parte ex altera vertit in iudicio corā dño iudice p̄dicto exceptioem talē opposueri Et ponat tenor vel saltē mens et effect̄ ipsi exceptiois in appellatōe exprimat. Et tūc subiungat si velit eam p̄ vos admitti vel fm cōtenta et petita i ipsa pronūciari postulaueri. Vos tamē domie iudex hmoi exceptioe legitima sp̄reta et neglecta ipsaz saltē tacite repellendo in ipsa causa ad talē exceptioem v̄l ad aliū actū exceptioni mee cōtrariū p̄cessistis. vel eadem exceptioem per vestrā quam tulistis interlocutoria p̄nūciando sic vel sic

minus iuste repulistis. vel alias in causa huiusmodi p̄ talē vestrā cōminatōne sine actū seu p̄ceptū tale me indebite grauastis Cū ad interlocutoria hmoi iniqua et iniusta seu ex p̄dicta exceptioe nō admissa. vel saltem tacita repulsione. vel a tali vestrā cōminatōne seu p̄cepto tali tanq̄ iniquo grauamie in bis scriptis ad reuerēdum in xpo patrem et dñm episcopū talē. vel ad sanctā sedem apostolicā et sanctissimū in xpo patrē et dñm nostrum dñm Paulū diuina prouidentia papaz secundū puoco et appello. et apostolos p̄mo secūdo. tertio. et cū debita instātia mihi dari peto. subiūciēs p̄dictū A. reum cū adherētibus suis p̄tectioni dñi episcopi vel domini pape et sedis apostolice speciali. Et protestor q̄ appellatioem hmoi possim corrigere. emēdare. et innouare. ac eā itimare verbo et p̄sequi put mihi videbit̄ expedire

Dicit̄ p̄mo in forma. Corā vobis etc. q̄ coram iudice et ei⁹ p̄ntia est appellandum. vt ij. q. vi. biduū. §. dies aut. de appel. suggestū. si eius p̄ntia potest haberi. vel nisi iustus metus excuset. tūc debet protestari in p̄ntia bonoz virozū volēs appellare iuxta formā. ca. vlt. eo. ti. Et si sunt plures iudices quoz p̄sentia simul haberi nō potest. tūc fiat fm q̄ habet in clemē. j. eo. ti. quia tūc potest corāz ipsis v̄l corā maiori p̄te eoz appellari. et apostoli possunt peti sepatim. vt ibi. Aliq̄ in appellationibz solēt p̄mittere cū appellatōis remediū ad releuamē oppressoz a iure sit inuentū. de appel. c. cū speciali. §. porro. et in. l. p̄fecti p̄torio. ff. de mino. cum similibus. Sed de hoc nō est curādum. quia ista sūt verba iuris quoz nō est necessaria p̄positio. sed verba facti sunt p̄ponenda. de quo in. c. si quis iusto. §. elec. li. vi. Item d̄r ordinario vel delegato. quia debet exp̄mi iudicis q̄litas. que p̄siderāda est. maxime qñ super appel. man. aper. impetrat. de excep. dilecte. §. appel. ex insinuatōe. Postea fit mētio i appellatione de p̄cessu cause et de grauamine seu interlocutoria. et causa iniquitatis et grauaminis seu interlocutorie exp̄matur. q̄ hoc ē necesse qñ añ sniam appellat. vt dictū est supra. Nā nō sufficit dicere appello a tali interlocutoria tanq̄ iniqua et iniusta. q̄ tñ sufficeret a diffinitiva. de q̄ no. in. c. p̄nl. de no. ope. nūcia. Itē d̄r in forma appellatōis q̄ iudex nō admisit exceptioem. s̄ ea sp̄reta p̄cessit. v̄l q̄ ipsam interlocutoria repulerit. Nā duobus

Forma appellationum

modis iudex repellit exceptiōem. videlicet ta-
cite et expresse. Tacite quā exceptiō neglecta iu-
dex pcedit ad ea que se nō compatiūtur cū
exceptiōe posita. de appel. ex pte. et no. eo. ti.
dilecto. Et i specu. de except. §. ij. et no. fm
ybertū. H. no. etiā p Jo. mo. in. c. j. de appel.
li. vj. Et tūc poterit appellari b̄ exp̄sso in ap-
pellatione q̄ pcessit iudex exceptiōe non ad-
missa Expresse repellit. puta quā p̄ interlocu-
toriā p̄nūciat b̄ exceptiōem. Quid autē faciē-
dum sit quā iudex nō repellit expresse nec eti-
am tacite. puta pcedēdo vt dictū est. nec eti-
am admittit sed sp̄ est in deliberādo forte vt
excipiēs fatigat⁹ et veratus laborib⁹ et expen-
sis ex diuersis terminis quos iudex ad audi-
endam deliberatiōem assignat cedere liti. l̄
ab exceptiōe recedere cogat. no. in dicto. c. di-
lecti. de appella. quia vt recitat ibi D̄stien. si
iudex tertio requisitus humiliter expectato re-
sponso tpe cōgruo nō respōderit. Expresse
tali grauamine poterit appellari. de quo ple-
nius ibi. Itē d̄r in forma appellatiōis q̄ a ta-
li interlocutoriā v̄ tali grauamine tē. appel-
lo. Possunt etiā plura grauamīa exp̄mī i ap-
pellatiōe. s̄ caueat appellās q̄ sint legitima
et vera. Hā cancellaria vnū soluz respicit ḡ-
uamen. vel vnā appellatiōis causam. s̄ quo
in. c. cū causam. de appel. sup alle. glo. Unde
posset cancellari⁹ eligere causam forte falsā
sup quolibet tñ grauamine dat vnū singu-
lare vel speciale rescriptū ad eosdē iudices
vt ibi no. Et ex sola causa in appellatiōe exp̄s-
sa et nō ex alia pcedēti vel supueniēti appella-
tio iustificari poterit vel impugnari. vt i cle.
appellāti. eodē ti. Itē d̄r in appellatiōe ad ta-
lem ep̄m superiorē vel ad papā appello tē.
Et si simplr dicerz appello. nō exp̄sso an ad
ep̄m vel ad archiep̄m seu ad papā ad quem
videatur appellasse. V̄ si dicat appello ad
maiorē. no. in ca. vt debet⁹. de appel. Et dicitur
ibi q̄ intelligit ad primū appellasse. De
quo etiā in spe. eo. ti. §. nūc tractemus. s̄. sed
quid si q̄s. et sequē. Urz autē valeat appella-
tio alternatiua videlicet sub hac forma.
Appello ad archiep̄m vel papā quā ab ep̄o
appellā. vel appello ad ep̄m vel archiep̄m:
cū appellā ab inferiori iudice. no. de off. de
le. si is cui. li. vj. in glo. p̄nl. et sup ea. Et meli-
us in questione posita sup regula in alterna-
tiuis. de regu. iu. li. vj. Et dicit ibi ocluden-
do q̄ in p̄mo casu. scz quādo appellatur ab
ep̄o ad archiep̄m vel ad papā tenet appella-

tio. dūmodo appellans eligat infra tempus
quo debuit appellare. videlicet infra decem
diūm. In secūdo casu etiā appellatio valet.
scz quādo appellatur ad episcopū vel archi-
episcopū. quia tūc inquātum exprimit d̄ ar-
chiepiscopū est inutilis. qz eo casu nō potest
ad archiepiscopū appellare episcopo medio
omisso. de appel. dilec. vlt. Inquātum autē
interponit ad episcopū est vtilis. sed vtile p̄
inutile nō viciatur. vt in regula. vtile. de re-
gu. iu. li. vj. igitur tē. Et quomodo gradatū
siue seriatim est appellandū. si tñ omittit me-
dius et nō opponit exceptio an teneat appel-
latio. vel an in hoc valet consuetudo tē. etiam
no. in dicto. c. dilecti. Et si vnus litigātium
appellat ad archiep̄m. alius ad papā. quid
iuris sit habetur in. c. si duob⁹. de appell. tē.
Item subiungit in appellatiōe et apostolos
p̄mo secūdo et tertio. et cū debita instātia pe-
to tē. De hoc. ij. q. vj. post appellationem. §.
vlt. ad finem. et in. l. iudicib⁹. l. eo. ti. Suffi-
cit tamē q̄ ista petitio fiat vnico p̄textu. vt i
clemen. quāuis rigor. de ap. Et de istis aplis
infra patebit. et nō est de substantia appella-
tionis q̄ in ipsa appellatiōe petant dūmodo
petatur postea infra. xxx. dies. vt in. le. j. ff. de
appel. in glo. De quo in spe. iij. pte. ti. de ap.
§. sequit. in fi. et no. in alle. cle. quāuis. eo. ti. in
glo. lex. Dicit postea in forma. sequit adhe-
rentib⁹. quō appellās se adherētesq̄ suos s̄b
mittit p̄tentiōi et ad quē appellā. De ist⁹ ad-
herentib⁹ tangit in. c. vt circa. de elec. lib. vj.
Diuersas appellatiōnū formas iudicialiuz
ante sniam a grauamine vel interlocutoriā
ponit Buil. in spe. iij. pte. §. j. vt supra tactū
est. Causa debet exp̄mī in appellatiōe aut sen-
tentiā interpositā. et illa debet esse rationalis
et vera. Vñ appellās quilibet habet pbare
duo. s̄. causam appellatiōis esse legitimā.
sed ad hoc pbandū nō requirunt testes v̄ i-
strumēta. sed est in arbitrio boni viri scz iu-
dicis. videlicet an causa sit talis que pbata
debeat legitima reputari. vt in. c. vt debitus
de ap. Itē pbare d̄z appellās causam appel-
lationis esse verā. et ad hoc requirit pbatio
vt no. in. c. cū speciali. eo. ti. nisi appellās ob-
tulisset se pbaturz veritatē cause corā iudice
a quo nō fuisset admissus. ac p̄ tātō appellā-
set. de quo dicendū est vt in. c. interposita. e.
ti. in p̄n. Debet ergo causa appellatiōis esse
vera. al̄s appellatio est frustratoriā. vt i. c. vt
debit⁹. sup̄ alle.

Forma appellationum

Appellatio a diffinitiuā poterit sic forma
ri qñ in scriptis ex interuallo appellat

Coram vobis tali iudice zc. Ego tal' pn
cipalis vel talis pcurator. vt supra in pcece
denti forma Dico z ppono animo appelladi
q' decem dieb' nōdum elapsis in causa tali
que inter me ex vna. z talē B. aduersarium
meū pte ex altera. de z sup re vel debito tali
asserto vertebat in iudicio. Corā vobis sen
tētiā cōtra me z p aduersario meo tulistis
diffinitiuā. Si nomen sentētie mereret ha
bere me p eandē sniam ptesam vestrā eidez
meo aduersario in petitis p eū minus iuste
z dēnādo. vel eundē aduersariū meū a mea
impetitiōe absoluēdo z mihi super petitis p/
petitiū silentiū perperā imponēdo. Idcirco
ab eadem snia ptesa tanq' iniqua z iniusta
ipsi' nullitate sp' salua in his scriptis ad talē
appello zc. vt supra in alia forma zc. Vt bre
uiter posset sic dicitari ista appellatio

A tali snia ptesa diffinitiuā p vos dñm
iudicē in causa tali cōtra me z p aduersario
meo tali lata tanq' iniqua z iniusta i his scri
ptis appello ad sedē talē zc. An aut dies late
snie sit inserēda in appellatōe. v' persona ad
uersarij in ea expmenda. z qd si plures habe
at quis aduersarios. z vnū expmit z aliū sub
ticet. z de quibusdā alijs tractat Guil. i spe.
tū. pte. de appel. §. j. si vero appellat. Nec d'
istis est curandū multū. quia notari' qui d'
appellatiōe p'ficat instrumētū talia d'z decla
rare. Et de die sentētie late p' stabit p instru
mentū sentētie de die interposite appellatio
nis p instrumētum appellatiōis p' stabit. Quā
vero appellat ilico a snia viua voce apd' acta
nō est necesse dari formā. qz p sniam q' ime
diatē lata est z a qua in p'ntēti appellat. satis
p' stare potest q's cōtra quē. a qua snia. et a q'
iudice vel ad quē iudicē appellat. licet ista in
appellatōe nō expmāf. Dicit g' ille p' tra quē
est lata snia. Ego tal' a tali snia tāq' iniq' z i
iusta ad talē superiōrē appello. Et aliquādo
sentētia cōtinet plura capitula. z in vno fer
tur pro vna parte. z in alio pro alia parte. et
sic vtraq' pars appellat ab eadem. de quo in
ca. Raynūcius. z in. c. Raynald'. de testa.

Notari' autē appellatiōis sic cōficiet in
strumētum sup appellatōe.

In noie dñi Amen. Anno a natiuitate
eiusdē domini. M. cccc. lxx. inditione. xij.
pontificatus sanctissimi i xpo patris ac do/
mini. domini nostri Innocēti' diuina prou

dentia pape secūdi. anno pmo die secunda
mensis decembris. hora tertiā. vel quasi i
opido Erford. Dagū. dyoces. in domo
vel loco tali coram tali iudice. in meiq' no/
tarij publici subscripti z testium infra scrip/
torum p'sentia psonaliter cōstitutus. discre
tus vir talis p'ncipalis vel tales ipsius p/
curator nomie pcuratorio habēs in mani/
bus suis quādam papiri cedula. infra scri/
ptam appellatiōe in se p'ntētem. quam ap/
pellatiōe ibidē interposuit z legit alta itel/
ligibili z sonora voce. put in ipā cedula cō/
tinebatur. seu fm eiusdē cedula appellatiōis
formā z tenorē appellauit. apostolos petiuit
protestabatur. z alia fecit sic exprimitur i ea
dem. Cuius appellatiōis tenor de p'bo ad
p'bum fuit z est talis

Coram. zc. Qua appellatiōe sic interpo
sita. ac apostolis petitis a iudice supradicto
idem iudex appellatiōem eādē plectā z in/
terpositā habuit copiā eiusdē appellatiōis ab
appellāte petijt. z eam sibi p eūdem appellan
tem vel ei' procuratorē traditā recepit. ac ta
lem diē vel terminū iuris ad dādū sibi apo
stolos. z p'inde ad recipiendū eosdē ei p ter/
mino assignauit. z infra terminū iur' se apo
stolos datur eidē promisit. Super q' om
nib' z singulis idē appellans vel ipsius. pcur
ator me notariū publicū vt sibi vnū vl' pla
p'ficerem instrumēta requisit. Acta sunt
hec anno. inditione. mense. die. hora z loco
quibus supra p'sentib' zc. Et appellatō sp'
potest interponi siue dies feriata sit siue nō.
Et peti possunt apostoli etiā extra locuz iu/
dicij. In loco tamē cōgruo et honesto. z ho
ra cōgrua. nō quādo iudex est in balneo vel
in mensa zc. vt no. in clemē. q'uis rigor. de
appella. Et sufficit appellatiōe coram iudi
ce interponi z iudici scriptam offerri. licet
ipsius appellatiōis tenor nō legatur. vt in
ca. appellatio. eo. ti. li. vj. Et q' dicit in instru
mento q' iudex assignat certū diē ad dādū
z recipiendū apostolos appellati. vl' dicit se
datur infra terminū iuris vel in termino iu
ris qui est infra. xxx. dies. qui currūt a tem
pore interposite appellatiōis. nō a die senten
tie. vel grauaminis. vt tenet ibi Benz. z cū
eo tenet Rota. propter motiua z ratōes q's
inducit. licet Johā. an. in dicta cle. q'uis te
neat q' a die late sentētie z nisi appellans pe
tat apostolos infra. xxx. dies. vel in termino
sibi p iudicē ad hoc assignato appellatiōi

Forma appellationum

renunciat. vt in alle. cle. quis. Et iudex te-
net illos dare appellatiz petenti. als. ipi pces
sus no valebit. vt. in. c. i. z in. c. ab eo. §. illud
eo. ti. li. vi. si no dedit eos expisse vl tacite. Et
appellās nihilomin⁹ potest psequi appellati
onem suā. vt in cle. quis. eo. ti. in fi. z ibi eti-
am no. in glo. sepi⁹ alle. An grati dari debe-
ant apli vel expsis ipsi⁹ appellatis. Et sunt
apli quedā lraꝝ breuis forma. vel verborū
quia scriptura no est de substātia. iudicē ad
quē appellat instrues. motiū iudicis a q̄ z
toti⁹ appellatiōis circūstantias breuit̄ com-
prehēdens. vt pbat. ij. q. vi. post appellatōz
z. c. forma. Et dicunt apostoli ab epi. qd̄ est
supra. z stolon missio. quasi lra missa ad su-
periore. Et debēt cōtinere q̄s appellauit. a q̄
ptra quē. sup quo. z ex qua causa. Et an ille
a quo appellat deferat appellationi vel no
z quare hoc faciat vel no. vt in lege vnica. ff
de libel. dimisso. z in. c. cordi. de appel. li. vi
Et notat in clemē. quis. de appel. eo. ti. z in
spe. eo. ti. parte quarta. §. penul. Et sunt plu-
res spēs apostolorū. Nā quidā sunt puentio-
nales. vt quādo ps admittit appellationem
sentētie in iudicio iudice eam resurāte vl ta-
cente. vt de appel. sepe. z. c. oblate. siue extra
iudiciū. vt ibi. Alij sunt testimoniales quia
testificatur de appellatiōe facta corā iudice
vel alijs honestis psonis. Alij sunt dimissio-
rii. p quos apparet q̄ iudex appellationi de-
tulit. z q̄ appellante a sua iurisdictione exe-
mit. z causam ei ad quē appellatū est remit-
tit. Alij sunt reuerētiales. vt quādo propter
superioris reuerētia appellationi deferit.
vt in. l. eos. §. super his. C. de appella. Alij
sunt refutatorij per quos apparet q̄ iudex
no defert appellationi. scz cum appellatio ē
frivola z frustratoria. Talibz em̄ appella-
tionibus no est deferendū a iudice. nec ius de-
fert. vt in. c. cū appellationibz. de appel. li. vi
Unde vt sciatur cui appellationi deferendū
sit an no Est aduertendū q̄ quadruplex est
appellatio. Q̄ est appellatio manifeste fru-
stratoria. vt quādo appellatur in crimie no-
torio. Est z latēs frustratoria. vt cum in ap-
pellatione exprimit̄ rationalis causa. sed
ista est falsa. Est etiā latēs pbabilis. vt q̄ ex-
primitur in ea causa iusta. sed a iure non ex-
pressa. Itē est aliqua manifeste probabilis.
vt cū appellatur ex causa iniusta in iure ex-
pressa manifeste notoria. vt lic. no testa. ca.
ij. z sic attendit̄ qualitas appellationū. Atē

ditur etiā qualitas iudicis. videlicet an sit de
legatus cū clausula ap. re. vel sine tali clau-
sula. seu ordinarius. Prima appellatio re-
pellitur a iure z a iudice quocūqz. Secun-
da repellit̄ a iure sed admittit̄ a iudice quicūqz
constet de falsitate cause Tertia admittitur
a iure z iudice. nisi dato cuz clausula ap. re.
Iste no tenetur tali appellationi deferre.
Quarta admittitur a iure z iudice. ita post
pe. z Ab. no. Jo. an. in. c. pastoralis. de ap.
Et quādoqz iudex assignat appellatū termi-
num in datione apostolorū ad appellatiōis
sue prosecutionē. vt in. c. cū sit romana. d ap-
pel. cum cōcord. Utrū isti⁹ termini assi-
gnatio habeat vim delationis. solet notari i
ca. oblate. de appel. plen⁹ in. c. cū appellatō
nibus. eo. ti. li. vi. Et dicit̄ ibi q̄ no. quia ista
ponunt̄ ibi vt diuersa. Si vero dicat nota-
rius q̄ iudex benigne recepit appellationē
an intelligat̄ delatū no. in spe. ap. §. nunc di-
camus. in fi. Et dicit̄ Huil. ibi. q̄ no videt̄ iu-
dex detulisse. dicit̄ tñ q̄ clemēti placebat cō-
trariū. Si iudex simplicit̄ dat apostolos n̄
exprimēdo an deferat vel no. dicit̄ Ab. q̄ de-
ferre videtur. ita no. ipe in. c. dilec. de appel.
Itē dicit̄ q̄ si dat acta p aplis. qz tūc detulit̄
se intelligit̄. ita est decisum i rota. An autez
postqz iudex detulit appellationi possit de-
lationē ipam reuocare. no. de ap. pstitut. ij.
de accu. meminim⁹. de ap. cū appellatiōibz.
li. vi. Et tenet̄ doc. q̄ no possit etiā re itegra-
licet Jo. an. tenuerit p trariū p duas rōnes.
Prima qz interlocutoriā pōt iudex reuoca-
re. §. z delationē zē. Itē qz appellans potest
reuocare appellatōz. pari rōe iudex delatio-
nē. sz iste rōes no vrgēt. vt ibi no. Et q̄ iu-
dex detulit appellatōi an post delationē pos-
sit statuere terminū appellatū. etiā no. i. c. cū
appellatibz. Et p Bern. in. c. ij. d. matrimo-
nio. cōtra. cō. interdic. eccle. in. iij. glo. z te-
net̄ q̄ sic. Et pbat Jo. an. in. c. cū appellatō
nibz. i non ella. p plures rōes. vt ibi patet.

Et ē aduertendū q̄ aliqui iudex defert ap-
pellatōi. aliqui ps appellata. Sz ob iudicia
lem reuerētia iudex dz appellationē recipere.
Pars s̄o dz illā approbare appellationē. vt
no. de ap. interposita. In potestate ḡ est alte-
rius. s. iudicis z appellatis approbare appel-
lationē. Un appellat⁹ etiā iudice inuito pōt
eam approbare z ecōtra. Iudex p̄t eā admit-
tere quis displiceat appellatū. Et sic in hoc
equiparant̄ iudex z appellat⁹. Sz iudex et

Forma apostolorum

appellator etiā comparant in vno. videlicet in termino assignando. vt in. c. psonas. z i. c. oblate. de appel. Sz in potestate soli appellatoris est an appellet vel nō. z sub q̄ forma. Laueat tñ ne erret. vt in. c. cordi. eo. n. li. vi. In potestate autē z arbitrio soli appellatis est an velit pncipale negociū tractari vel nō. vt in ca. cordi. iam alle. Et effect⁹ delatiōis est q̄ p eā abdicat iurisdicctio a iudice a quo z i superiorē ad quē transfundit. vt in. c. cū appellationib⁹. sepi⁹ alle. Effect⁹ ho assignationis termini est q̄ si i termino appellās nō psequitur suā appellatōnē. inducit renūciatio z desertio appellatōis. z actus a q̄ emissa ē appellatio manet rat⁹. vt in. c. cū sit. z in. c. rep̄bensibilis. z in. c. sepe. de ap. z termin⁹ hmōi statuitur vel ad iter arripiendū. vel ad pntādū se superiori ad quē appellatū est. de quo in. ca. psonas. in glo. ij. z sup ea. Ipsi⁹ tamē termini diuersi surgunt z causant effect⁹. fm q̄ in ipsi⁹ assignatōe aliqua pcurrit vel nō. Itaq̄ aliqñ appellatio soluz recipit a iudice. ita q̄ cum assignatōe termini pcurrit delatio iudicis. Aliquādo solū approbat a pte. Aliqñ pcurrit vtrūq̄. q̄ recipit a iudice. z a pte approbatur. Aliqñ neutz fit. q̄ nec recipitur nec approbat. Si ergo appellatio recipitur a iudice. vel etiā si approbat a parte. tūc termin⁹ hmōi habet vim pempt. ita q̄ non venientē pstituit ptumacē. sic q̄ in articulo appellationis s̄ eū vt ptumacē potest procedi Et tenet mittere pcuratorē sufficientē saltē ad articulū appellatōis expediendū. vt in. c. sepe. z. c. Nicolao. de appel. Idē z forū vbi vtrūq̄ pcurrit. s. receptio iudicis. z approbatio partis. Sed vbi neutz interuenit. quia nec recipit a iudice appellatio. nec approbat a parte. tūc sufficit mittere pcuratorē ad impediendū z p̄tradicendū tñ. nec pcedere in articulo appellatōis p̄tra absentē. vt no. i dicto. c. Nicolao. licet glosator ibi videat tenere p̄trariū. Si autē recipit z approbat appellatio. z cū hoc petit appellat⁹ q̄ veniat appellans instruct⁹. tūc debet mittere pcuratores instructū sufficientem. ne dū ad articulum appellatōis s̄ etiā ad causam pncipalē. vt in ca. cordi. de appel. li. vi.

Forma apostolorum q̄ dimissorij dicitur est.

Sanctissimo in xpo patri ac dño domino Paulo diuina puidētia sacrosancte romanē ac vniuersalē eccie summo pontifici.

Episcopus talis zc. vel tal official ei⁹ deuotus fidelis ac obediēs deuota pedū oscula beatorz. Hauerit sanctitas vestra q̄ cum in causa que inter A. ex vna. z B. ex altera pte de z sup domo vel fundo tali seu debito talicorā me in iudicio vertebat. sniam predicto A. z p̄tra Bernardū p̄fatū tuli diffinitiuam. vel interlocutoriā sic vel sic pnūcian do sup exceptōe tali. Et quia ab hmōi sentētia diffinitiuam vel interlocutoriā idem B ad e. v. s. ad sanctā sedē apostolicam appellauit. Idcirco ipsum B. appellante a meo iudicio dimitto ad. v. s. ex amē. ex his lras meis dirigo sibi lras huiusmodi sigillo meo sigillatas pcedens. In testimoniū pmissorij. Datum zc. Et hoc cū appellatū est ad papam. Si vero ad inferiorē puta ad episcopuz vel archiep̄m scribatur sub eadē forma. verbis cōpetenter mutatis. scribēdo. Reuerēdo vl reuerēdissimo zc. Aliqui nō dirigūt superiori sed scribūt vniuersis. Alij breuiter sic pcludendo dicūt ad appellante verbo. vel i cedula nuda scribūt in hec verba vel similia. Quia tu a me appellasti a tali snia mea diffinitiuam interlocutoriā. Ideo ab obseruatōe mei iudicij his apostolis te dimitto z ad ei⁹ ad quē appellasti examen dirigo. Et si volūt ibi statuere terminū. iungit triū vel quattuor mensium spaciū. Vel diē talē statuo p termino ad iter accipiendū pro appellationis tue prosecutione faciēda. vel ad presentandū te cōspectui sedis aplice vl alteri⁹ superiorz ad quē appellasti zc.

Forma apostolorum reuerentialium potest esse talis.

Sanctissimo vel reuerēdo zc. vt supra. Talis actor vel talis re⁹ in causa tali que inter ipm vel talē ex vna et talē parte ex altera de z sup tali re z eius occasione i iudicio coram me vertebat. a snia diffinitiuam vel interlocutoriā zc. ad sanctitātē vestrā vel reuerētiam appellauit. Et quous appellatio sua mihi frivola videat. tñ ob reuerentiā vestram eidē sue defero appellatio. statuēdo sibi terminū zc. vbi supra.

Apostoli refutatorij possunt dari sub hac forma

Sanctissimo vel reuerēdissimo zc. vt sup. Hauerit sanctitas vel reuerētia vestra q̄ talis a me z interlocutoriā sentētia in tali causa que corā me inter ipm z talē super re tali vertebat. ad e. s. v. seu ad vos appellauit Et

Forma apostolorum

quia hmoi appellatio friuola est z frustrato-
ria ex tali causa. ideoq; cu hmoi appellatio-
bus friuolis nec ius deferat nec sit ei p iudi-
cem deferendū. eidē appellatōi nō duxi dese-
rendū neq; defero. z hos apostolos refuta-
torios sibi tradidi atq; trado. In quorū te-
stimoniū zc. vt supra. Et ponit ista forma d
interlocutorijs qz quādo a diffinitiuā apel-
latur tūc necesse est deferri. qz ius defert. d
iureiurā. veniētes. de appel. nō solū. libro. vj
nisi in casib; ibi no. in glo. vt quia. Iudices
modernis tēpib; raro dirigūt tales lras ad
superiore. s; facile se de istis apostolis expe-
dientes dicūt verbo ad appellantē vel ei^o p
curatorem sub hac forma

Appellationi tue ob reuerētiā sedis apo-
stolice vltalis superioris ad quē est appellatū
deferim^o seu defero. z talē tibi terminū pfi-
go ad appellationē tuā psequendā. Uel qā
appellatio tua videt nobis friuola. ideo ei nō
deferimus. hāc responsionē tibi p apostolis
refutatorijs zcedēt. Et hoc faciūt iudices
p notariū scribi loco apostolorū. Et scribit
notarius si vult appellatiōem z apostolorū
dationē in eadē carta seu in vno instrumen-
to ponēdo in fine instrumēti appellatōis for-
mam. de qua supra. Itē anno inditōe pon-
tificatus qbus supra. die tali. mēse tali. Lo-
raz iudice p̄dicto ac i mei notarij publici ac
testiū infrascriptoz p̄ntia psonaliter zstitut^o
p̄dictus A. appellās vel talis ipsi^o pcurator
apostolos p p̄dictū dñm iudicē sup appella-
tione sua p̄dicta sibi dari cū instantia hūili-
ter postulat. Qui iudex ipse dando aposto-
los in hec s̄ba r̄ndit vel scriptā cedulā tra-
didit. z in ea p̄tēta p apostolis sibi dedit. cu-
ius tenor talis est zc. Et scribit tenorem seu
formā apostolorū. z subiūgit postea. Super
q̄b; zc. vt supra in instrumēto appellationis
Si aut iudex terminū datū vel dandū ad
recipiendū apostolos progar in alium diēz
an tūc iterato appellās teneat cōparere seu
apostolos petere. vel si r̄ndet iudex aposto-
los se datūz nullo certo termino p̄firo. qd
turis sit legit z no. in cle. q̄uis rigor. sup sepi-
us alle. Et ita sunt ista expedita q sequūtur
sniam quādo ab ea appellat. quia tunc sentē-
tia nō debet exeq. cū p appellationē sit suspē-
sa. vt in dicto. c. veniētes. de iureiurā. Imo
quidqd post sniam etiā aū appellatiōz p iu-
dicem vel aduersariū sit. totū reuocabit per
modū acceptati. De quo plene in. c. nō soluz

supra alle. z sic trāsit nō in rem iudicatā Si
s̄o a sentētia nō fuerit appella tū. z sic transi-
uit in rem iudicatā tūc ipa snia debet exequi
al's paz. pdesset snias dari si executōi nō de-
mandarent. vt de re iudi. cum aliquibus

Aduertendū tū q sunt quedā snie q nun-
q; transeūt in rem iudicatā. vt sunt snia q̄rū
obseruātia induceret periculū aie. de re iu-
di. tenor. z. c. p sanguinei. de fri. z male. frat-
nitatis. cū similib; Quedā sunt que statim
transeūt. vt est snia excoicationis. de appell.
pastoralis. de sen. excō. p tuas. que tñ prope
nō est snia. Et h̄ vcz q nō statī trāsit in rē iu-
dicatā quo ad puatā vtilitatē. S; q ad pu-
blicam vtilitatē tangentiē piculū aiaz nūq;
transit. ar. de excep. pia. li. vj. Nam semp au-
ditur cōquerēs de iniusta excoicatione.
de offi. dele. cū ptingat. Sunt etiā quidam
casus in quib; diffinitiuā snia statim transeūt
in rem iudicatā. que no. de re iudi. sup Ru-
brica. Quedā snie tenēt mediū. qz transeunt
in rem iudicatā. s; nō tñ statim. s; post decēz
diēs. Et istud regulariter obtinet i sentētijs
p̄dicta extrema sunt casualia. notat de re iu-
di. sup Rubrica. z in. c. p sanguinei. Et h̄ qñ
sentētia tenet licet sit iniusta. Secus si esset
nulla. qā tūc nō transit. de sen. z re iudi. ca. j.
Et modos nullitatis ponit Guil. in spec. de
sen. pla. §. iuxta ppositiōis. Et d̄ snia nulla.
quia lata est p̄tra ius zstitutōis expresse In-
iusta d̄ que est lata p̄tra ius litigatoris. Nul-
la tamē nō transit. iniusta sic vt dictum est.
Distinguit tamē. qz qñq; snia est nulla. nec
seruatur. vt si cōtra ius zstitutōis est lata ex-
presse. Quādoq; est nulla. sed seruatur donec
de nullitate p̄ster. vt si est lata p falsos testes
seu falsa instrumēta. quia ista est nulla in ve-
ritate. sed est aliqua in opinione. de quo de
except. cū venerabilis. Qñq; nulla est z trā-
sit in rem iudicatā post. xxx. diēs. vt ibi. no. s̄
quo p Disti. in. c. cū Bertoldus. de re iudi.
Sentētia q̄ trāsit in rē iudicatā i acti-
one psonali demādabit executōi post temp^o
qua drimestre. qz istud tps p̄demnat in pso-
nali actiōe zcedit a iure. vt in. c. querenti. s̄
offi. dele. Potest tamē hmoi temp^o artari vt
plongari p iudicē ex causa. sine causa s̄ non
potest. Alias si artauerit sine causa suplebi-
tur a lege. vt ibi notat. z in spe. de sen. excō. s̄
videndū. in pncipio. Et fiet executio in hu-
iusmodi actione psonali isto modo seu ordi-
ne. Quia precipiet reo q pecuniam in qua

Forma apostolorum

cōdenat⁹ est actori sibi soluat. Et an ipse cōdenatus ad ipsi⁹ pecunie solutionē precise cogi debeat victore instāte z petente. recitat Jo. an. ibi in addi. spe. q. Buil. in ista q. stione tenuit cōdenatū. si habet i pecunia ad illud teneri. Si vero nō habet victus in pecunia vñ satisfaciet executio fiet in rebus eius. Et pmo mobilibz. videlicet vt capiantur mobilia si possidet. Si mobilia non habet. recurrit ad immobilia Si nec immobilia possidet puenit ad nomina sine iura. scz ad ipsi⁹ pdenati debitorē. sic tamē q. nomina debitorē debitorē pfitentiū z nō negantium pignora capiant. de quo in spe. de sen. exec. §. sequit videre In actione reali statim fit executio post q. snia trāsīuit in rē iudicatā. scz si regulariter post decem dies.

Un si actū est ad fundū vel domū zc. mittēdus est actor in possessionē eiusdē rei. s. fundi vel domus. de re iudi. cū Bertoldus. i. si. Nec sufficit dare pignora. sed requiritur corpal' possessionis traditio. vt in. c. cū aliquibus. de re iudi. Et quomodo iudex mandat executori suo q. eandē rem actori adiudicatam seu eius rei verā z corpalē possessionē det ipsi actori. Buil. ponit formā in de sent. execu. in dicto. §. sequitur Quia preceptum hmoi scribi debet in actibz p notarium.

Talis iudex talis curie exequēdo sententiāz diffinitivā in causa tali p eū latā vel p tales inferiorē iudicē vel ipsius delegatū latā manu talis notarij scriptā vel subscriptā. ac ipsius iudicis sigillo vel pdicti notarij signo signatā z sigillatā. Et pcepit z iniūxit tali executori seu cursori siue nūcio q. rem talē tali actori p sniam predictā adiudicatā. ac eius nudā z possessionē corpalē det et assignet eidē victori pdictū. H. reū amouendo ab eodem. Acta sunt hec zc.

Uel sit pceptū iudicis p lras dirigēdas executori. Et possunt tūc scribi sub hac forma

Iudex tali actori zc. Salurē in domo puidē orta inter talē actorē ex vna parte. et reum de z sup tali fundo vel domo ex eius occasione pte ex altera. materia questionis z causa hmoi intētata z introducta in iudicio corā vobis. Nos in causa eodē iure z iudicario ordine obseruatis pcedētes. Sententiā tulimus diffinitivā pdicto actori domū petitam p eundē adiudicādo. ac prefatū reum ad traditionē seu restitutiōem dom⁹ huiusmodi. z in expēsis litis pdenādo prout in

ipsa sententiā nostra plen⁹ cōtinetur. Veruz quia paz prodest sententiāz ferre nisi executioni demandet. Idcirco p parte memorati actoris humiliter reqsiti ad pdicte sententię executionē duxim⁹ pcedendū. Vobis ergo in pte sancte obediētē firmis et districte pcepido man. quate. pfatū. H. actorē in corpalē z realē pdicte dom⁹ sibi vt pferatur adiudicate possessionē inducat. ac ipsam domū ac eius possessionē tradetis z assignetis eius detentorē abinde remouēdo. Vobis eundē. H. reū quē nos p sentibz pemptorie monem⁹. vt infra sex diebz spacium a notificatiōe pntiū sibi facta cōputandum quoz duo. p pmo zc. ab eiusdē dom⁹ detentione z occupatiōe desistēs. eam pfato actori vacuā z liberā tradat. z ad ipsi⁹ corpalē z pacificā possessionē illū admittat. sicq. sūmam talē florenoz seu libraz denarioz tali um. p expēsis p eū in lite pdicta corā nob factis restituat ac p soluat. z alias pdicte snie nostre pareat humiliter z inrēdat. Alioquin ptra ipsū p censurā ecclesiasticā z alia iuris auxilia. put de iure poterim⁹ pcedemus Diem 8o zc. vt supra in formis alioz mandatorū. Et si executio illi⁹ ptexti iudicis fit p cursorē seu nunciū habebit referri iudici diem z formā executionis. Et quidquid factum est p eū z huiusmodi relatio scribat in actis. videlicet.

H. talis curie cursor seu executor siue nūcius retulit se de mādato talis iudicis i vim executionis sententię talis. in tali causa lata de tali rededisse z assignasse tali victori nudam z corpalē possessionē talis fundi eidem actori p eandē sniam adiudicati quas talis victus detinuit z occupauit

Utrū autē delegat⁹ ordinari⁹ possit exequi sniam suā no. in. c. si quis ptra. de foro cōpetēti. U⁹ an hoc possint minores iudices. notat in. c. cū ecciaz. de offi. ordi. cū remiss. Et sunt opinionēs. potest dici q. delegati ordinarij etiā alij minores iudices hoc possunt p cēsura ecclesiasticā que est simplicis iurisdictionis. sed nō p traditionē possessionis qd est mixti imperij. Iudices tñ indifferent exequunt snias suas p excōmunicatiōem z pmissionē. Et delegat⁹ pncipis exequit sententiā suā infra annū. post annū expirat tota liter ipsi⁹ potestas. Ita etiā q. excōicatū per eū infra annum anno elapso nō absoluit. vt legit z notat de offi. dele. querenti. Iudices

Forma absolutiois

tamē exequentē iudicialiter snias suas et per
excomunicatōem et pmissiōem. Et q̄ hoc caus
vel p̄ quas exceptiōes impediri possit execu
tio sentētie. plene no. in. c. doctor. de re iudi.
Et in spe. de sen. excō. §. vlt. Sed quo iure
petat̄ executio no. in spe. eo. ti. §. breuiter Et
dicit ibi Buil. q̄ victor ibi habet duo auri
lia p̄ que exequit̄ sniaz. s. officiū iudicis et acti
onem iudicati. nō autē p̄ actiōem in factū Et
in hoc dicit errare multos aduocatos. et p̄
ceditur summarie sine datōe libelli et lit. con
testa. de quo dicendū est vt ibi. Licet autē
snia trāsmit̄ in rez iudicatā. et sic faciēda sit
ipsa executio. vt dictuz est. Victus tñ qñq̄
releuatur remedio supplicatōis. vt in. c. ex lit
teris. de resti. in inte. De quo in spe. de sup
plicatōib. p̄ totū Vel bñficio restitutōis in
integrū. vt eo. ti. p̄ totū. Et tñ ex quo sic im
petratur p̄ncipaliter. p̄cedetur in causa re
stitutiois in integro ordine iuris obseruato
vt de offi. iudi. c. ij. Et ista causa tunc finiri
debet et expediri infra quadriēnium. vt i cle
men. vnica. de resti. in inte. Et libellos i ma
teria restitutōis ponit Buil. in spec. pte. iij.
de resti. in inte. Raro hic in p̄tib. practica.
igitur omitto. Et quia vt dictū est aliqui re
nō parens sentētie excomunicatur. et aliqui
p̄ cōtumacia. quia citatus nō cōparet. vt vi
sum est supra in p̄ncipio p̄cessus. Et q̄a vo
lens parere et absolutōem petēs debz absol
ui. vt in. c. cū cōtingat. de offi. dele. Ideo vt
habeant forme absolutiois sciendū. q̄ si q̄s
est excomunicat̄ p̄ p̄tumacia. si vult cauere
de parēdo iuri est absoluendus sub forma iu
ris. Si offert cautionem de parendo iuri et
soluēdo expēsas rōe sue cōtumacie p̄ aduer
sariū factas. de apel. qua fronte. §. sane. d̄ in
di. c. j. Et hoc si sentētia est iusta. quia si est i
usta debet absolui sine difficultate. de snia
excō. cū medicinalis. li. vj. §. si quis. cum cō
cord. Et intelligendū est etiā quādo excom
municat̄ est p̄ p̄tumacia vel offensa dubia.
Nam si quis est excomunicat̄ p̄ cōtumacia
vel offensa notoria nō absoluitur. nisi satis
factione p̄missa. vt in. ca. ex pte. de ver. sig. q̄
ad offensam manifestā. De manifesta cōtu
macia p̄bat. vt i. c. venerabilib. in. §. sec. de
sen. excō. li. vj.

Sequitur forma absolutiois sub forma
iuris

A. talis iudex etc. Rectori tali seu plebano
Salutē in dño. Quia talis excomunicatus

a nobis p̄ cōtumacia ad instātiā talis pa
ratum se offert stare iuri corā nobis. Unde
ipm ab hmoi excomunicatōis snia absolui
mus in dei noie in his scriptis. Et idē tales
in quo p̄dicto actori satisfaciāt et iuri pareat
corā nobis sibi p̄ termino pemp. assignam⁹
Quare vobis mādāmus quatenus eūdem
A. sic absolutū publice nūciētis. Volētes
autē p̄dictū terminū actori memorato tem
pestiue intimare vel nunciare. Datum etc.
Vel breuius sic.

Officialis vel iudex talis tali plebano sa
lutem in dño. Quia talis excomunicatus a
nobis p̄ cōtumacia ad instātiā talis para
tus est die seu feria tali stare iuri corā nobis
vnde ipm sub forma iuris absolui⁹. Mā
damus vobis. quaten⁹ eundē A. sic absolu
tum publice nūciētis et p̄dictū terminū vo
lumus actori mature nūciari. Datū. etc. Et
ista forma corā ordinario sic frequentatur.
In aliquib. locs absoluit̄ excomunicat⁹ per
iudicē a vinculo excomunicatōis et remitti
tur ad sacerdotē ad recōciliandū p̄ peccato
inobediētie p̄ quo fuit excommunicat⁹. Et
hmoi recōciliatōis formā ponit Buil. i spe.
de sen. pla. in §. debet autē fieri absolutio cuz
psalmo penitēciali. Possit etiā forma abso
lutiois extēdi et dilatarī narrādo p̄cessū ha
bitū et p̄tumacie q̄litate et alia. sic faciūt q̄dā
delegati sub hac vel p̄simili forma

A. p̄positus vel decan⁹ eccie talis iudex
delegat⁹ etc. Uniuersis et singulis p̄positis.
decanis. scolasticis. cantorib. thesaurarijs
hebdomadarijs. plebanis. vicarijs. altaristis
ceterisq̄ diuinor̄ rectorib. et vices eor̄ tenē
tibus seu gerentib. clericis et notarijs publi
cis quibuscūq̄ p̄ talē ciuitatē vel dyocēsim
Wagun. ac als vbiliber p̄stitutis q̄ p̄ntib.
fuerint req̄siti Salutē in dño. et mādāt̄ no
stris imo verius apostolicis firmiter obedi
re. Cū in causa que inter talē actorē ex vna
pte. et talem reū parte ex altera de et sup talē
re vel debito vertit̄ coram nobis. et p̄dictus
actor p̄fato reo libellū in scriptis obtulisset.
Nos eidē reo die talē ad r̄ndendū eidē libel
lo. vel exceptiōes dilatorias sibi for̄sitā cōpe
tentes p̄ponendū p̄ termino pemp̄torio du
rimus assignandū S3 qz in termino hmoi
idem re⁹ minime cōparuit p̄ se vel r̄nsalem et
exceptiōes aliquas p̄ponere aut p̄dicto
libello r̄ndere p̄tumaciter non curauit. Id
circo idem A. reus p̄ p̄tumacia huiusmodi

Libellus beneficialis

monitione pmissa p nos fuit z est, excomuni-
cationis vinculo innodat. Nunc autem ipse
se representans coram nobis petit humiliter z
deuote ab hmoi excomunicatois snia se ab-
solui offerens se iudicio fisci seu de parendo
iuris cautioni, etiam prestans z dicens se paratum
parti aduersae satisfacere pgrue de expensis
Cui citato adhuc ipso aduersario, z pnte vl
psumaciter absentate, ac recepto ab ipso ex-
comunicato pus iuramento fm forma iuris
de parendo madatis eccie, z pgrua facienda
satisfactioe expensaz eu ab hmoi excomunicatois
vinculo absoluim? zc. vt supra. Et cautela
de custodienda z seruanda absolutioe dat
glosa in. c. pposuit. de cle. exco. ministran. Et
Buil. in spe. de sen. pla. §. nunc autem. §. absolu-
tionem autem. Dum vero excomunicat? p debito
vel pro re iudicata vel p crimine vl offensa
manifesta satisfecit, tunc simpliciter absoluerit
sub hac forma.

Forma absolutionis super debito vel re
iudicata

Officialis zc. Quia talis excomunicat?
pre iudicata vel p tali manifesta offensa ad
instantiam talis de hmoi iudicato vel offensa
satisfecit. Idcirco eu absolutioem petentem
absoluim? in dei noie i his scriptis. Bada-
tes zc. vt sup. De absolutioe ad cautela quod
z qualiter fiat. no. in. c. aplice. de excep. z in. c.
solet. de sen. exco. li. vi.

De pcessu q fit simpliciter z de plano

Sum est supra de

pcessu ordinario q in causis regula-
riter obseruat. Sed est qda special'
pcessus q obseruat qm iudex simpliciter z d
plano sine strepitu z figura iudicij pcedit.
Et quis ordo tuc seruandus sit tradit in cle.
sepe. de s. sig. qz libell? necessario non offert
Est tñ dada petitio summaria i scriptis, vl
facienda verbo z in actis redigeda. Itē pce-
detur sine litis ptest. ac sine pclusionē. q tria
in pcessu ordinario sunt de substātia, vt ibi
dictū est. Potest etiā ferre sniam diffinitiuā
stando qd in alijs nō posset, vt etiā ibi nota.
Et valz citatio ad sniam audiendā, etiā nō
pempt. q alias sufficiens nō esset. Itē in isto
pcessu fortius q in alio d3 iudex amputare
materiam dilationū, refrenare iurgia partiū,
z testiu multitudinē. Et pcedere potest tem-
pore feriaz, z in fauore hoim introductorū
Et ita sunt plura in s pcessu specialia. s. xi.

vel. xij. vt no. in illa cle. sepe. de s. sig. in glo. j
Et pcessum hmoi aliqui iudex tenet obfua-
re. aliqui potest si vult. qz si pnceps mandat
sic pcedi vt faciat in pseruatorijs studioz
tuc ita iudex tenet pcedere. Valet tñ pcessus
si ordo iudicari? pti oino nō tradicētibz
fuerit obseruat?. vt sepe. alle. S3 pot iudex
sic pcedere si vult. scz in causis puilegiat? a
iure super tali pcessu. Et iste sunt quattuor
species cause. beneficiales. matrimoniales.
decimaz z vsuraz. In istis relinquē pote-
stati iudicis si vult pcedere simplr z de pla-
no. vel ordinē iudicariū obseruare. vt i cle-
men. dispēdiosam. de iudi. §. de h in glo. nō
licet. Et qz pot iudex vt dictū est i istis cau-
sis obfuaire ordinē z sic libellū exigere Qua-
liter q in causa bnificiali formadus sit libel-
lus videam?. Et pot sic picipi

Forma libelli in causa beneficiali

Coram vobis honorabili viro dño audi-
tore vel iudice pponit pcurator pcuratorio
noie discreti viri A. canonici eccie bte Ma-
rie virginis Erford. Waguū. dyoc. coque-
rendo i iure aduersus B. clericū se asserēte
dyoc. eiusde z quelibet aliū p eodē iudicio
legitime internenientē. Et dicit q licet pfato
A. vigore gre aplice eidē de canonicatu s b
expectatoe pbende i eccia sancte marie pdi-
cte in speciali facte canonicat? z pbēda per
mortē quondā C. eiusde eccie dñi viri ca-
nonici pbēdati tuc vacātis p certū exco-
to rem ad h a sede aplice spēaliter deputarum
fuerint z sint collati. z sibi de eisdē sit pmissus
Ac ipse A. ad canonicatū ac pbēdā hmoi p
eundē exco torem inuestit? existat. sic q idem
canonicat? z pbēda cū iuribz z pinentijs
suis vniuersis pntēat z pntere debeant ad
eundē. Tamē pfato B. ad eisdē canonicat-
tū z pbēdā se intrusit de facto z intrudi fe-
cit z pcurauit. ac intrusionē de se factā ratā
habēdo pdictos canonicatū z pbēdam de-
tinuit z occupauit. detinet z occupat fruct?
reddit? z puenus. iura z obuētiō. pueniēti.
ex eisdē pcepit z inbursauit. pcepit z inbur-
sat. Secz pfato A. opposuit z opponit. ac eū
impedit z impediuit. fecitqz z facit p intrusi-
onem. occupatiōem z alia supradicta qmi-
nus ipse A. canonicat? z pbēde hmoi ac iuri-
um ac pntētiar earundē possessionē seu qsi
asseq possit. z habere aie sue piculū. z pdicti
A. p iudiciū z detrimētū. Quare agit et pe-
tit pcurator q supra noie pcuratorio qten?

Libellus beneficalis

vos dñe auditor seu iudex reuerēde p̄cogni
to q̄ntum sufficit de p̄missis p̄nūciatis. de/
cernatis z declaratis canonicatū z p̄bendā
p̄dictos ad memoratū A. p̄tinuisse d̄ iure p̄/
tinere. z eos eidē A. adiudicādū fore. ac ad/
iudicari debere z adiudicari. Intrusionēq̄
detentionē occupatiōem z alia p̄missa teme/
raria illicita z iniusta fuisse z esse. Et p̄redi/
ctum B. occupatorē ab occupatiōe impedi/
mentis z alijs p̄dictis cōpescendū z compe/
scatis sibi de p̄fatis silentiū imponēdū z im/
ponatis sup̄ eidē z canonicatū z p̄bendā. z
eorū detētiōem eū remouendū z remoueatīs
p̄dictūq̄ A. in possessionē seu q̄si eorū/
dem canonicatū z p̄bende. iurūq̄ z p̄tinen/
tiāz ip̄az inducendū z inductū defendēdū
atq̄z inducatīs z defendatīs. seu induci z de/
fendi p̄cipiatīs. ip̄m B. p̄dicto A. i fructibz
p̄ceptis z expēsis litis legitimis nihilomin⁹
p̄dennādo p̄ vestrā diffinitiuā sn̄iam z eius/
executiōem. Nec petit p̄iunctim et diuisim
ad necessariā p̄batiōem solū se astringēs. of/
ficiū vestrū i p̄missis oibz z singulis quantū
opus fuerit humilit̄ implorādo. saluo iure
corrigēdi. addēdi. minuēdi zc. vt est mor̄
Iste libell⁹ p̄cedit q̄n agēti b̄nificiū iā ē col/
latū. ita q̄ est suū z habet ius in re. Si vero
nondū esset sibi collatū vel de eo vel de ea
p̄uisum. s̄z p̄ferendū ita q̄ nō esset suū s̄z sibi
debitū esset ius ad rem. de quo d̄ rescrip. au/
ditor. in cle. in glo. si p̄nūciaret. Tunc fm̄ B.
deberet mutari libell⁹. s̄. narrādo quō b̄nifi/
cium tale de tali cā sibi esset debitū. Et petē/
do id sibi debitū z p̄ferendū p̄nūciari. z tūc
auditor q̄ p̄nūciat illud ei debitū potest sibi
sine nouo mādato de illo p̄uidere vt circui/
tus euitet. vt in cle. alle. c. auditor. d̄ rescrip.
Uel etiā debet fieri mutatio libelli fm̄ q̄nti/
tatē facti. Et plures libelloz formas ponit
Guil. in spe. de p̄ben.

Si b̄nificiū est de iure patronat⁹ tūc b̄nifi/
ciatus sic format libellū suū

Corā vobis zc. Et dic̄ q̄ licet A. p̄dictus
ad ecciam vel vicariā talē p̄ mortē quondā
L. vlt. rector⁹ eiusdē vacātis p̄ D. clericum
vel laicū ip̄i⁹ eccie vl̄ vicarie vep̄ patronuz
z in iure patronat⁹ eccie vel vicarie eiusdē i
possessione vel q̄si existētem. ac p̄ tali habi/
tum cōmuni iure z deputatū vob dño p̄po/
sito vl̄ archidiaē. vl̄ offic. infra tps debituz
q̄drimestre p̄ntat⁹ existat. Ad inuestiēdū tū
p̄dicē B. p̄ntationi h̄mōi facte. z inuestiture

faciēde se opposuit z opponit temere. impedi/
uit z impedit friuole. ac fecit z facit min⁹ iu/
ste. Quo min⁹ p̄sentatio p̄dicta per vos ad/
missa fuerit suū debitū sortita atq̄z sortiatuz
effectū. Agit igit̄ z petit p̄curator p̄dicē no/
mine q̄ supra. q̄ p̄cognito q̄stū sufficit de p̄/
missis p̄nūciari decerni z declarari p̄ntatio/
nem de p̄fatis A. vt p̄ferē fuisse factā esse ad/
mittēda z admitti. ip̄m q̄z A. ad ecciam vl̄ vi/
cariā p̄dictā instituendū z inuestiendū fore
institui z inuestiri. Ac in corpālē ac realē ip̄i/
us eccie seu vicarie. iurūq̄ z p̄tentiāz eius/
dem possessionis vel q̄si inducēdū z induci. p̄/
dictoq̄z B. aduersario sup̄ oppositiōe z impedi/
mentis ad ecciam seu vicariā talē p̄petuū si/
lentiū imponēdū z ip̄oni. Et ab ip̄is impedi/
mentis ab oppositiōe esse cōpescendū ac cōpe/
sci vestra sn̄ia diffinitiuā z cēsura. ecciastica
mediāte. Nec petit p̄iunctim z diuisim vna
cū expēsis litis zc. Ista petitio colligit̄ ex
no. p̄ In. in. c. cū Bertold⁹. de re iudi. Et q̄
dam addūt i libello. Peto p̄ntationē meam
admitti. z p̄ntatiōz aduersarij p̄ nō patronū
z eū q̄ nullū ius p̄ntandi h̄z factā cassari zc.
De quo in alle. c. cū bertold⁹. S̄z nō est cu/
randū Et si aduersari⁹ p̄ntat⁹ a nō patrono
